AMOENITATES LITERARIÆ,

Quibus

VARIÆ OBSERVATIONES,

Scripta item quædam anecdota & rariora Opuſcula exhibentur.

Tomus Tertius.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

FRANCOFURTI & LIPSIÆ,
Apud DANIEL. BARTHOLOMÆI,
MDCC XXV.

*PERILLVSTRI AC GENEROSIS-
SIMO DOMINO,*

DOMINO

RAYMVNDO KRAFFT

DE

DELLMENSINGEN,

INCLYTÆ ET LIBERÆ
S. R. I. REIP. VLMENSIS CONSV-
LI DE PATRIA REBVS DOMI FO-
RISQVE IN AMPLISSIMIS LEGATIO-
NIBVS PRÆCLARE GESTIS IM-
MORTALITER ME-
RITO

MVSARVM TVTORI

*SVEVIÆ NOSTRÆ
PEIRESCIO*

INCOMPARABILI LITERARVM ET
LITERATORVM PATRONO

DOMINO ET MÆCENATI
SVO GRATIOSO

Ter-

Tertiam quartamque opellæ
ſuæ partem,
Imo ſe ipſum
Veteri Clientum more
humillime
Offert, dicat, conſecrat
TANTI NOMINIS
devotiſſimus & perpetuus cultor.

Jo. Georg. Schelhornius.

TVVM

B. C. D.

I.

MEMORABILIA BIBLIOTHECÆ PERILLUSTRIS DOMINI RAYMUNDI DE KRAFFT.

QUanti interſit, celebriorum Bibliothecarum inibique latentium κειμηλίων notitiam habere, inter omues, quibus literæ curæ ſunt cordique, conſtat. Ut enim taceam, vel ſolam rariorum codicum, qui in iſtis literarum ſacrariis adſervantur, cognitionem ipſa ſua jucunditate eruditorum allicere animos, ac eximia quadam voluptate demulcere: commodis certe doctorum plurimum inſervire arbitror, arcana Bibliothecarum ſacra retecta conſpicere, ac noſſe,